Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De Sancta Dorothea

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

¶ S(an)c(t)a dorothea v(ir)gi(n)e or(ati)o.

¶ Salue sancta dorothea / Audi quesso vota mea
Et ecclesie asserciue / Memorando deuotiue
Tue passionis normam Completando totam formam
Precum que quas fudisti In agone dum sitisti
Pro salute peccatorum Et profectu posteriorum
Si qui tue passionis Studio deuotionis
Agerent memoriale Nomine ac perpetuale
Ut mundanis in pressuris Personarum et torturis
Omnes illi saluarentur Et in pace seruarentur
Preces illas fac mereri Et tu iustas nos tueri.
¶ Salue cara sponsa christi Primo passa sic fuisti
Tribunali presentaris Ut perfecto tribularis
Volt ut thorum coniugalem Petat in tres et carnale
Spreta christi sit cultura Simulacris seruitura
Tua virgo timorosa Intus extra speciosa
Nomine cuius fuisti passa Et cordetenus conquassa
Ista pena cordialis Vere fuit tormentalis
Quis non credat tactus tenella Esse totam tunc puellam
Coaptature huic torture Illud quod petisti pure
Constans virgo deflorari Quod non posset uel stuprari
¶ Salue prudens aduocata Sic secundo tormentata
Vestimentis spoliaris Palam cunctis et nudaris
Tua virgo verecunda Scio quod in mente munda
Multum certa tunc pudore Extras puellarum more
Quis non sciat pudibunda Et hoc pati corde nuda
Gaude tantum quod hec tua Cura causabat nuditura
Veste niuea leuigatur Deus illud operatur
Tegunt flaui crines Tuos circumquaque fines
Huic torture coaptatur Hoc quod tua vox precatur
Ut paupertas pudorosa Procul cedat et dampnosa 2°
¶ Salue tenera puella Vultu flagrans quasi stella
Terna vice sic torqueris Lapidari na iuberis
Multitudo quod saxorum Tuum vultum predecorum
Totum mulcet caput frangat Tergum conterendo tangat
Vas tortorum violenta Inter illa sed tormenta
Scuto nubis obumbraris Et a christo defensaris
Vocis non sciat tunc tremore Te confusam in timore
Christi sic negatus isti Huic torture quos fecisti
Ictibus vituperiorum Ne quis feriem oregiorum
Seuiens tuus paciatur Nec eisdem confundatur

¶ Salue pulchra xpi verna. Vite passa sic quaterna
Mox in uas collocaris Ubi tota circumdaris
Cum liquore oleato Et ad igne estuato
Sed sic quauis sis locata Spirans velut balsamata
Ut puncta sis vngento Gaude q(uod) in hoc tormento
Sic illesa p(er)mansisti Et ardoris nil sensisti
Fores statim suffocata Nisi fores defensata
Ustioni personali p(ro)pter carnis sic totali
Potest esse coaptatus Cuius quartus cogitatus
Seruis tuis in p(er)sona Q(ui)d succedunt cuncta bona
¶ Salue martir veneranda Et auctis honoranda
Quinta vite sic torqueris In tortura q(uo)d p(ro)beris
Vinculata carceraris Catenata maceraris
Sine nutrimento tibi Tribus tere diebus ibi
Gaude que sic castigata Es a deo visitata
A quo pie consularis Pane celi tu cibaris
Carcer q(uam) tenebrosus Fit diuine serenosus
Illi tuo carcerari P(ro) forma potest sibi equari
Ad aptari cogitatus Cuncto adhoc deo datus
3 Te colentes morituri Corpus xpi sunt sumpturi
¶ Salue martir veneranda Omni laude p(re)ferenda
Sic es passa sexta vite Et tractata tue pudice
Cito tamen impudicus Castitatis inimicus
Metules suspendi Te precepit et extendi
Pedum plantis sursum versis Et capillis infra spersis
Sic suspensa flagellaris Et tu virgis verberaris
Possit huic suspensioni Carnis quoque tensioni
Ille pectes adaptari Q(ui)d no(n) posset sue fucari
Furtum uel restituatur Aut sue ipse confundat(ur)
Et hoc in qua tuus domo Te depinxit pius homo
¶ Salue victima beata In tenore conseruata
Holocaustum deo places Ad mactandum prona iaces
Adest ecce iam septena Tui cruciatus pena
Unctis tuo laceratur Et pectinibus scisatur
Sacri tunc cruoris stille Fluunt expunctures mille
Gutte stillant incessanter Manat sanguis habundanter
Celum sparsum madidatur Per cruore purpuratur
Tali lacerationi Et carnali scissioni
Sit cogatus adaptatur Nullus infans q(ui) nascatur
Natiuatus imperfecte Aut formatus in directe

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Salue martir indeuicta Theus insanit maledicta
Tuo nondum saciata Cruciatu uel lesitata
Tormentales auget penas Multa feritate plenas
Subest furor iam octauus Inhumanus toto prauus
Forma terea mamillarum Cuius torquere rotundarum
Intenduntur mox feriates Ad urendum multe faces
Cuius manus applicantur Hoc ardore concremantur
Huic succedunt visioni Cui cogitatus boni
Illa nec cremetur edes In qua sancta tibi sedes
Igne suo uel alterno Aut tonitruo superno
¶ Salue constans animosa Ad conflictum roborosa
Intortureis nil pauescens Ad opprobria nitescens
Nona pena iam succedit Que te quamuis nimis ledit
Forcare lupus ad tenorem Tue carnis ampliorem
Sitit quamuis iam crassatus Nondum penis saturatus
Iubet cedi tuum vultum Baculorum plagis multum
Caro uolta sic est cesa Nulla pars que sit illesa
Amplicantur huic esurie Que precces pariture
Beatam partum ne cedantur Fantasmali nec prauantur
Lesione sua fletu De quiescant sine metu
¶ Salue mitis et venusta Pia paciens et iusta
Multis cesa nulli cesa cedis Nimis lesa nichil ledis
Torturarum cum decena Que accedit tibi plena
Preses uolt ut decollaris Morte seua mox moriaris
Cuius ad ictum inclinata Rogas hec premunerata
Illis quam mercede dari Qui te solent venerari
Collum tibi detruncatur Tali nece coaptatur
Cogitatus interire Mala morte uel perire
Deus ut non sinat cunctos Seruitute tibi iunctos
¶ Salue mea mediatrix Pro nos interpellatrix
Eis ad christum qui tuorum In pressuris tormentorum
Te confortans visitauit Prece quamuis dimicauit
Ora martir visitare Ut dignetur adiuuare
Nos in tribulatione mundi simul agone
Quando simus transituri Et hac carne morituri
Pia virgo tu dignare Prece nobis impetrare
Cunctaque iuste rogitamus Vel necesse postulamus
Ut cunctis ad iuuamen Tuum pius sentiamus amen etc

An Sanctis nomi dnu magnificemus omnes xpi qui do
rothee sup a ad deu ultima prece pmisit se datur
vite pmia eius digne recolentibus sollempnia q
nos consortes in dilectione fortes faciat ad suam
laude qui in infinita seculorum secla amen do audi filia/

Oro ¶ Deus auctor castitatis fons pudicicie virtus / Oro
tis ac mundicie qui beatam dorotheam gloriosam vir
ginem et martirem tuam deus tormentorum genibus af
flicta multa etiam paupertatis seruitia conuolutam
de ergastulo carceris magno celestis iubilo ad cel
eternae gaudia fecisti tu palma marti confulgide
coronatam fac nos qs eius meritis et precibus pda
ac miseriis vndique protecti fideliter superad
misericordie liberari ac defendi et tranquillitate pro
sperati in tua vbique laude letari spaciis in carnis
adiutorio celeri ad esse vigiles sentiamus
¶ Orate pscripta oroz ad integra vite pgamen vt
in capell claustr / et picturam dorothee virgis in floribus et
eande oroz fibre ad cor columpnas semper tecu ...
propias sz salue salue salue/

Dedicatione sermo

Domum tuam decet sanctitudo dns Verbis propheta tam qdi
uine presentie experientia qua ex sacre scripture intelli
gentia secretorum dei consiliis nouit deum habere pdelicias
esse cum filiis hominum vnde prouerbiorum dicitur Delicie mee esse
cum filiis hominum Illud desiderium scis propheta nouit deo qui
optando dixit Domum prospexit sz domum tuam decet sanctitudo
Ac si dicat Quia tu deus magnus et scs dignaris habitare in
nobis ideo decet domum tuam id est animas meas esse scas ...
dns monere studuit Exo. dicens Sancti estote quia ego scs sum
Quia sic scripsit in dem qui in maliuola animam non intrabit sapiencia
nec habitat in corde subdito peccatis Sed sicut ibi de sci ...
facit se in animas scas Et ideo si deum recipimus habere in animabus
nostris necesse est quod per deuota exercitia nos sanctificemus Quia
aut sint exercitia que nos sanctificat per consecracionem potissime
edocet Et nunc dicendum est de dedomus consecratione siue sanctifi
catione qua sanctificare recipimus necesse est ut pontifices
in mittemus Quia sic pontifices materialem domum